

quippe ait: vel diei vel noctis: vt ptās effet diei lucere vel nocti: Qd in spūalib⁹ donis sic intelligit: quia dedit ptātem filios dei fieri. Qui percussit egyptū cū p̄mogenitis eorum. Percussit z seculū: cū his que precipua putant in sclo. **Qui eduxit israel de medio eorū.** Educit enā sc̄tōs ac fideles suos de medio maloz. **In manu potētī z brachio excello.** Quid potētius: quid excellētius eo d̄ q̄ dictū est: **Et brachiū dñi cui reuelatū ē.** **Qui diuisit mare rubrū in diuisiones.** Si uidet enā: vt vnus atq; idē bap̄tism⁹ alijs sit in vitā: alijs sit in mortē. **Et eduxit israel p̄ mediū eius.** Educit enā inno uatum pplm suū p̄ lauachrū regnātionis. **Et percussit p̄pharaonē z virtutē eius in mari rubro.** Celeriter interimuit: z peccatū suū reatūq; eius p̄ bap̄tismū. **Qui traduxit pplm suū ī debito.** Traducet z nos in h̄ seculi ariditate z sterilitate: ne in ea peream⁹. **Qui percussit reges magnos.** **Et occidit reges fortes.** Percutit atq; occidit enāz a nob̄ diabolicas z noxias ptātes. **Seon regē amorreorū.** Germē inutile vel temptationē calentē: qd̄ interpretatur seon: regē amaricātū: qd̄ interpretat̄ amorreoz. **Et Og regē basan.** Coaceruantē qd̄ interpretatur og: z regē cōfusionis: quod interpretat̄ basan. Quid enī coaceruat diabolus: nisi cōfusionē. **Et dedit terrā eorū hereditatē.** **Hereditatē israel seruo suo.** Dat enā quos diabolus possidebat hereditatē semini Abrae: qd̄ est christus. **Quia in hūilitate nr̄a memor fuit nr̄i.** **Et redemit nos ab inimico nr̄o.** Sanguine vnigeniti sui. **Qui dat escā omni carni.** Hoc est omni hominū generi: nō tm̄ israelitarū: sed z gētū: **De qua esca dicit: Caro mea vera ē esca.** **Cōfitemini deo celi: qm̄ in eternū miscōia ei⁹.** **Cōfitemini dño dñozū: qm̄ in eternū miscōia eius.** Quod hic ait: deo celi: credo aliter dicere voluit qd̄ supra dixerat: deo deozū. Nam quod ibi deinde subiunxit: hoc etiā hic repetiuit. **Cōfitemini dño dñozū.** Sed z si sūt q̄ dicunt̄ dij: siue in celo: siue in terra: quē admodū sunt dij multi: z dñi multi: sed nobis vnus est de⁹ pater: ex quo oīa z nos in ipsum: z vnus dñs Iesus christus p̄ quez oīa z nos p̄ ipm̄: cui cōfitemur: qm̄ in eternū miscōia eius.

Alla lra.  
t excussit.

Alla lra.  
t p̄ desertū.

Explicit Tract. de ps. CXXXV.  
Incipit Tract. de ps. CXXXVI.

Prefatio.

**O**blitos vos esse non arbitror: cōmēdasse nos vobis: imo cōmēdasse: quod omnis erudit⁹ in sancta ecclesia nosse debet: vnde ciues sim⁹: et vbi pegrinemur. **Et pegrinationis nostre causam esse peccatū.** Reuerfiois aut̄ munus remissionē peccatoz. **Et iustificatiōez gratie dei.** **Quas ciuitates p̄mixtas sibi in terini corpe z corde separatas currere per ista volumina scloz vsq; in finē.** Audistis z nostis vnā cui finis est pax eterna: z vocat̄ hierusalē: alterā cui gaudiū ē pax tp̄alis: z vocat̄ babilonia. **Interpretationē etiam noim: si nō falloz: tenet: hierusalē interpretari visionē pacis: babiloniā cōfusionē.** **Hierusalē in babilonia captiua tenebat nō tota: ciues .n. eius z angeli sunt: sed qd̄ attinet ad hoies predestinatos in gloriam dei: futuros p̄ adoptionē coheredes christi: quos de ipsa captiuitate redemit sanguine suo.** **Particulā ergo istā ciuitatis hierusalē captiua teneri in babilonia p̄ peccato.** **Incipe aut̄ inde exire prius corde p̄ cōfessionē iniquitatis: z caritatē iusticie: De inde postea in fine seculi etiā corpe separā dā cōmēdauim⁹ in eo psalmo quē p̄mo b̄ cū vestra dilectione tractauim⁹: q̄ ita incipit: **Te decet hymnus deus in syon: z tibi reddetur votū in hierusalē: hodierna autē die cantauimus.****

Expositio psalmi

**S**uper flumina babilonis illic sedimus z fleuim⁹: dū recordaremur syon. **Videte qz in illo dictū est: **Te decet hymn⁹ de⁹ in syon: hic aut̄: **Sup flumina babilonis illic sedim⁹ z fleuim⁹ cū recordaremur syon: Illa syon vbi decet hymn⁹ deū. Que sūt ḡ flumina babilonis: z quid est nr̄m sedē z flere in recordatiōe syon: Si enī ciues in de sum⁹: nō tm̄ hoc cantam⁹: sed z agim⁹. Si ciues sum⁹ de hierlm̄: id est de syon: z in ista vita: in ista cōfusionē h̄ seculi: in ista babilonia nō ciues habitamus: sed captiui detinemur: oportet vt nō tm̄ ista decātemus: sed z faciamus affectu cordis pio religioso desiderio eterne ciuitatis. Dabet z b̄ ciuitas q̄ babilonia dicit̄ amatores suos cōsulentes paci tp̄ali: z nihil vltra sperātes: totūq; gaudiū suū ibi figētes: z ibi finientes: z videmus eos p̄ republica terrena******

Alla lra.  
t mi.

plurimū laborare: sed et in ea quicūq; fide-  
liter versant: si nō ibi appetant supbiā et pe-  
rituram elationē ociosamq; iactantiā: sed  
verā fidē exhibeāt: quā possūt: q̄dū p̄sit:  
quib⁹ possunt: ad quātum vident terrena:  
et ad quātū intelligūt specie cuitatis: non  
eos sinit deus perire in babilonia. **P**re-  
destinavit enī eos ciues hierusalē: Intelli-  
git captiuitatē eorū deus: et ostendit illis ali-  
am ciuitatē cui vere debeāt suspirare: pro  
qua debeant cuncta conari: ad quā cape-  
scendā debeant ciues suos secū pegrinos  
quātum valuerint adhortari. **P**ropterea  
dicit dñs Iesus christus: Qui in modico  
fidelis est: et in magno fidelis ē. **E**t rursus  
dicit: Si in alieno fideles nō fuistis: vestī-  
q̄s dabit vobis: **T**amē carissimi attendite  
flumina babilonis. **F**lumina babilonis  
sunt oīa que hic amātur et trāseūt. **N**escio  
quis amauit (verbi gratia) agriculturā ip-  
sam exercere: inde ditescere: ibi occupare  
animū: inde percipere voluptates: attendat  
exitū: et videat illud qd̄ amauit nō esse fun-  
damentū hierusalē: sed fluuiū babilonis.  
**A**lius dixit: magna res militare: oēs agri-  
cole formidant eos qui militant: obsequū-  
tur eis: tremunt eos: si fuero agricola time-  
bo militares: si fuero militaris timebor ab  
agricola. **I**nsane: in alium te babilonis  
fluuiū precipitasti et turbulentiorē et rapaci-  
orē: et cū tu timeri vis a minore: time maio-  
rem potestātē: te ipse maior fieri pōt subito  
qui te timet: nunq̄ aut̄ erit minor quē de-  
bes timere. **A**duocatū eē inq̄t magna res  
est potētissima eloquētia in oībus habere  
susceptos: pendētes ex lingua disertī p̄o-  
ni sui: et ex eius ore sperātes: vel dāna: vel  
lucra: vel mortem: vel vitā: vel p̄niciē: vel  
salutē. **N**escis quo te miseris. **A**lius et iste  
fluui⁹ babilonis est: et qd̄ multū sonat stre-  
pitus aque saxa p̄cutit. **A**ttende qz fluit:  
attende qz labitur: et si attendas: qz fluit et  
labitur: caue qz trahit. **N**auigare inq̄t ali⁹  
et negociari magnū est: scire multas puin-  
cias: lucra vndiq; capere: nō esse obnoxū  
in ciuitate alicui potētī: sp̄ pegrinari: et di-  
uersitate negotiorū nationū aim pascē: et  
augmentis lucrorū diuitē remeare. **F**luui⁹  
est et iste babilonis. **L**ucra tua qñ stabunt:  
qñ p̄sumpturus: qñ secur⁹ eris ex his que  
acquiris: **Q**uāto eris ditior: tanto timidi-  
or. **U**no naufragio nudus eribis: et recte  
te plangis in flumina babilonis: qz nolui  
si sedere et flere super flumina babilonis.

**A**lij ergo ciues sacte hierusalē intelligētes  
captiuitatē suā: attendūt humana vota: et  
diuersas hoīni cupiditates hac atq; illac  
rapiētes: trahentes: impellētes in mare: vi-  
dent hec et nō se mittūt in flumina babilo-  
nis: sed sedent super flumina babilonis:  
et flent super flumina babilonis: vel illos  
qui rapiunt: vel seip̄os qui i babilonia es-  
se meruerūt: sedentes tñ hoc est humilitate  
humilitati. **S**up flumina q̄ babilōis illic se-  
dim⁹ et fleuim⁹: cū recordaremur syon. **S**  
sancta syō vbi totū stat et nihil fluit: **Q**uis  
nos in ista precipitauit: **Q**uare dimsim⁹ cō-  
ditorem tuū et societātē tuā: **E**cce inter flu-  
entia et labētia cōstituti: vix quisq; raptus  
a flumine si tenere lignū potuerit euadet.  
**H**umiliati ergo in captiuitate nostra sede-  
amus super flumina babilonis: nō nos au-  
deamus in illis fluminib⁹ precipitare: nec  
nos audeamus in nostre captiuitatis ma-  
lo atq; tristitia nos supbe erigē: si sedeam⁹  
et sic fleamus: sedeam⁹ sup flumina babilo-  
nis: nō infra flumina babilonis: talis sit hu-  
militas nostra: vt nos nō mergat. **S**ede su-  
per flumina: noli i flumine: noli sub flumie:  
sed tamē sede humilis: loquere nō quomō  
in hierusalem. **I**bi enī nō stabis: qz de ipsa  
spe loquit̄ alius psalmus: et cantat dicens:  
**S**tātes erāt pedes nostri in atrijs hierlm.  
**I**bi erigeris si te hic penitēdo et cōfitendo  
humiliaueris. **I**n atrijs ergo hierusalē stā-  
tes erāt pedes nostri: sup flumina vō babilo-  
nis sedimus et fleuim⁹ cū recordaremur  
syon. **I**nde oportet vt fleas recordādo sy-  
on. **M**ulti enī flēt fletu babilonico: qz et  
gaudent gaudio babilonis. **Q**ui gaudet  
lucris: et flet dānis: vtrūq; d̄ babilonia ē.  
**F**lere debes: sed recordādo syon. **S**i recor-  
dādo syon fles: et qd̄ tibi scdm̄ babiloniā  
bñ est oportet vt fleas. **P**ropterea dicitur  
in quodā psalmo: **T**ribulationē et dolores  
inueni: et nomē dñi inuocaui. **Q**uid est qd̄  
qd̄ dicit inueni: **N**escio quā tribulationē:  
quasi querēdā inenit tanq̄ quesitā. **E**t cū  
inuenisset quo lucro inuenit: **N**omen dñi  
inuocaui. **M**ultū interest vtrū inuenias  
tribulationē: an inueniaris a tribulatione.  
**S**icut enī alio loco: **D**olores inferni inue-  
nerūt me. **Q**uid est inuenerūt me dolores  
inferni: **Q**uid est tribulationē et dolores in-  
ueni: **Q**ñ te repente occupat tristitia per-  
turbatis tibi rebus secularibus: quib⁹ ob-  
lectabaris: et quibus delectabaris: qñ te re-  
pentina ipsa inuenit tristitia: vñ te nō pu-

tabas posse fieri tristem accidit: et tristis efficieris: inuenit te dolor inferni. **Te** enim sursum putabas: ueritatem deorsum eras: et cum te dolor inferni inueniret ibi te inuenisti deorsum qui sursum putabas. Inuenisti enim te dolore affectum grauius tristitia alicuius mali: unde forte presumperas non fore tristem: inuenit te dolor inferni. **Cum** autem bene est tibi arident omnia secularia: nullus tuorum obstat: nihil in uinea tua forte uel aruit: uel grandinatus est: uel sterile apparuit: non acuit cuppa tua: non abortus passum est pecus tuum: non ex honoratus es in aliqua dignitate: secundum seculum constitutus: **Undique** amici tui et uiuunt et seruant tibi amicitiam: clientes non defunt: filii obsequuntur: serui contremiscunt: coniunx concors: felix dicitur domus: ibi inuenis tribulationem si aliquid potes: ut in uetera tribulatione inuoces nomen domini. **Peruersum** aliquid uidetur docere sermo diuinus: flere in leticia: et in merore letari. **Audi** in merore letare: **Gloriamur** inquit in tribulationibus. **Mentem** autem in leticia: uide si inuenit tribulationem. **Attendat** quisque ipsam felicitatem suam qua exultauit anima eius: et tumuit quodammodo gaudio et extulit se: et dixit: **Felix** sum. **Attendat** si non fluat illa felicitas: si potest certus esse de illa: quod manet in eternum. **Si** autem non est certus et uidet fluere uerum gaudet: fluius babilonis est: sedeat super et fleat: **Sedebit** autem et plorabit: si recordatus fuerit syon. **Quia** illa quam uidebimus apud deum: **Quia** illa sancta equalitas angelorum: **Quia** illa uisio et spectaculum pulchrum. **Ecce** in babilonia puchra sunt que tenent: non teneant: non decipiant. **Aliud** est solacium captiuorum: aliud gaudium liberorum. **Super** flumina babilonis illic sedimus et fleuimus cum recordaremur syon. **In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.** **Habent** organa sua ciues hierusalem: scripturas dei: precepta dei: promissa dei: meditationem quamdam futurum seculi: sed cum agunt in medio babilonie: organa sua in salicibus eius suspendunt. **Salices** ligna sunt infructuosa: et hoc loco ita posita: ut non aliquid boni possit intelligi de salicibus: **Alibi** autem forsitan potest: modo ligna intelligi sterilia nascentia super flumina babilonis. **Rigatur** hec ligna de fluminibus babilonie: et nullum fructum ferunt. **Sicut** sunt homines cupidi: auari steriles in opere bono: ita ciues babilonie ut etiam ligna sunt illius regionis: ex istis voluptatibus rerum transeuntium pascuntur tanquam irrigata a fluminibus babilonie. **Querunt** fructum et nesciunt iuuentem. **Quia** tales patimur: uersamur cum eis qui sunt in medio babilonis: et exteriora babilonie. **Sunt** qui non sunt in medio eius: id est non tanta concupiscentia seculi et delectationibus obruuntur. **Qui** uero ut apte dixerim et breuiter multum mali sunt: in medio babilonis sunt: et ligna sunt sterilia: tanquam salices babilonis. **Quia** illos uidemus: et tam steriles eos inuenimus: ut difficile nobis appareat in eis aliquid uerum possint duci ad fidem rectam: uel ad bona opera: uel ad spem futuri seculi: uel ad concupiscentiam liberationis a captiuitate mortalitatis: scripturas nouimus quas eis dicimus: **Sed** quod nullum fructum in eis inuenimus: uerum incipiamus: auertimus ab ipsis faciem: et dicimus: **Adbuc** isti non sapiunt: non capiunt: quod de quid illis dixerimus: sinistrum: et aduersum habebunt. **Ergo** differendo circa eos scripturas: suspendimus organa nostra in salicibus: **Non** enim dignos habemus qui organa nostra portent. **Non** ergo eis organa nostra inserendo alligamus: sed differendo suspendimus. **Salices** enim sunt babilonie ligna infructuosa: parata temporalibus voluptatibus: tanquam fluminibus babilonie. **Et** uidete si non hoc sequitur psalmus. **In salicibus inquit in medio eius: suspendimus organa nostra.** **Quia** illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: **uerba canticorum.** **Et** quod abduxerunt nos: **hymnum.** **Subaudi** interrogauerunt nos. **Verba canticorum** et hymnum interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos. **Qui** nos duxerunt captiuos: **Fratres** quos sensimus aliquid captiuatores nostros: **Sensit** quidem illa hierusalem babilonios: persas: chaldeos: et illarum gentium et regionum homines captiuatores suos: et hoc postea: non quoniam isti psalmi cantabant. **Sed** ita diximus caritati vestre: omnia que secundum litteram in illa ciuitate contingerant: figuras nostras fuisse. **Et** facile potest demonstrari captiuos nos esse. **Non** enim respiramus iam in auras illius libertatis: non enim fruimur puritate ueritatis: et illa sapientia que in seipsa manens in nouat omnia. **Delectationibus** temporalium rerum temptamur: et colluctamur quotidie cum suggestionibus illicitarum voluptatum: uix respiramus uel in oratione: et captiuos nos esse intelligimus: **Sed** qui nos captiuos duxerunt: **Qui** hoies: **Que** gens: **Quis** rex:

luptatibus rerum transeuntium pascuntur tanquam irrigata a fluminibus babilonie. Querunt fructum et nesciunt iuuentem. Quia tales patimur: uersamur cum eis qui sunt in medio babilonis: et exteriora babilonie. Sunt qui non sunt in medio eius: id est non tanta concupiscentia seculi et delectationibus obruuntur. Qui uero ut apte dixerim et breuiter multum mali sunt: in medio babilonis sunt: et ligna sunt sterilia: tanquam salices babilonis. Quia illos uidemus: et tam steriles eos inuenimus: ut difficile nobis appareat in eis aliquid uerum possint duci ad fidem rectam: uel ad bona opera: uel ad spem futuri seculi: uel ad concupiscentiam liberationis a captiuitate mortalitatis: scripturas nouimus quas eis dicimus: Sed quod nullum fructum in eis inuenimus: uerum incipiamus: auertimus ab ipsis faciem: et dicimus: Adbuc isti non sapiunt: non capiunt: quod de quid illis dixerimus: sinistrum: et aduersum habebunt. Ergo differendo circa eos scripturas: suspendimus organa nostra in salicibus: Non enim dignos habemus qui organa nostra portent. Non ergo eis organa nostra inserendo alligamus: sed differendo suspendimus. Salices enim sunt babilonie ligna infructuosa: parata temporalibus voluptatibus: tanquam fluminibus babilonie. Et uidete si non hoc sequitur psalmus. In salicibus inquit in medio eius: suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos: uerba canticorum. Et quod abduxerunt nos: hymnum. Subaudi interrogauerunt nos. Verba canticorum et hymnum interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos. Qui nos duxerunt captiuos: Fratres quos sensimus aliquid captiuatores nostros: Sensit quidem illa hierusalem babilonios: persas: chaldeos: et illarum gentium et regionum homines captiuatores suos: et hoc postea: non quoniam isti psalmi cantabant. Sed ita diximus caritati vestre: omnia que secundum litteram in illa ciuitate contingerant: figuras nostras fuisse. Et facile potest demonstrari captiuos nos esse. Non enim respiramus iam in auras illius libertatis: non enim fruimur puritate ueritatis: et illa sapientia que in seipsa manens in nouat omnia. Delectationibus temporalium rerum temptamur: et colluctamur quotidie cum suggestionibus illicitarum voluptatum: uix respiramus uel in oratione: et captiuos nos esse intelligimus: Sed qui nos captiuos duxerunt: Qui hoies: Que gens: Quis rex:

Alia lra.  
f. Quia.  
Alia lra.  
f. cautionis.

Si redimimur: captiui eramus. Quis nos redemit: Christus. A quo nos redemit: A diabolo. Diabolus ergo et angeli eius captiuos nos duxerunt: nec ducerent nisi consentientes. Nos ducti sumus captiui: Captiuatores nostri dixi qui sunt: Ipsi sunt etiam latrones vulnerantes illum viatores qui descendit ab hierusalē in hiericho: quem sauciatus se miuuiū reliquerunt. Hic ille custos noster: id est samaritanus: Samaritanus enim custos interpretatur: cui obiectum est a iudeis: et dictum: Nonne verum dicimus: quod samaritanus et demonium habes: et ille obiectorum duorum unum respuit et unum tenuit: Ego inquit demonium non habeo: non autem dixit: ego non sum samaritanus. Si enim ille samaritanus non custodierit: utique perimus. Samaritanus ergo transiens vidit sauciatus et vulneratus derelictum a latronibus: et sicut nostis collegit. Sicut enim aliqui latronum nomine ponuntur qui nobis plagas peccatorum infixerunt: iam pro nostre captiuitatis consentione: sic et captiuatores nostri ipsi dicuntur. Ipsi ergo qui captiuos duxerunt nos diabolus et angeli eius: quando nos duxerunt: Et qui nos interrogauerunt verba canticorum: Quid ergo? Intelligimus quocumque: quod cum tales nos interrogant in quibus diabolus operatur: intelligendus est ipse nos interrogare qui in eis operatur. Apostolus dicit: Et vos cum essetis mortui in delictis et peccatis vestris cum viueretis in illis secundum seculum mundi huius: secundum principem potestatis aeris huius: spiritus qui tunc operabatur in filiis dissidentie: in quibus et nos inquit aliquando conuersati sumus. Ostendit se redemptum de babilonia et cepisse iam exire: sed tamen adhuc quid dicit: Quia cum hostibus nostris perfligimus: et ne irascamur hominibus qui nobis ingerunt persecutiones: tulit intentionem nostram. Apostolus ab odio hominum et direxit in luctam quorundam spirituum quos non videmus: et cum ipsis confligimus. Aut enim. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: id est aduersus homines quos videtis: a quibus mala videmini pati: qui vobis important persecutiones: nam pro ipsis orare precepti sumus. Non est nobis inquit colluctatio aduersus carnem et sanguinem: id est aduersus homines: sed aduersus principes et potestates: et rectores mundi tenebrarum harum. Quid dixit mundi: Bilectorum mundi. Quos dixit dilectores mundi hos appellauit et tenebras: id est iniquos: sceleratos: infide-

les: peccatores: Quibus iam credentibus gratulatur hoc modo ut dicat: Fuiſtis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Ergo constituit nos luctam habere cum illis principibus: ipsi nos duxerunt captiuos. Quomodo autem diabolus intrauit in cor Iude ut traderet dominum: non autem intraret nisi ille locum daret: sic multi mali homines de media babilonia per desideria carnalia et illicita locum dando diabolo et angelis eius in cordibus suis: ut in illis et de illis operetur: aliquando interrogant nos et dicunt nobis: Exponite nobis rationem. Paganus plerique dicunt ista nobis: Exponite nobis rationem quare venit christus: et quid pro fuit christus generi humano? Nonne ex quo venit christus: peiora sunt in rebus humanis quam fuerunt antea: et feliciores tunc erant res humane quam modo: Dicant nobis christiani: quid boni attulit christus unde feliciores putent res humanas quod venit christus: Quides enim si theatra et amphitheatra et circi starent incolumes: si nihil caderet de babilonia: si libertas esset circumfluentium voluptatum hominibus cantaturis et saltaturis ad turpia cantica: si libido scortantium et meretricantium haberet quietem et securitatem: si non timeret famem in domo sua qui clamat ut patrum hominum vescantur: Si hec omnia sine labe: sine perturbatione aliqua fluerent: et esset securitas magna nugarum: felicia essent tempora: et magna felicitate rebus humanis christus attulisset. Quia vero ceduntur iniquitates: ut extirpata cupiditate plantetur caritas hierusalem: quod miscentur amaritudines vite temporalis: ut eterna desideretur: quod erudiuntur in flagellis homines paternam accipientes disciplinam: ne iudicariam inueniant sententiam: nihil boni attulit christus: et labores attulit christus: et incipis dicere homini: quanta bona facit christus et non accipit. Proponis enim illi eos qui faciunt quod modo audistis in euangelio: vendunt omnia sua: et dant pauperibus ut habeant thesaurum in celis et sequatur dominum: dicis illis: ecce quod attulit christus. Quod multi faciunt ista ut distribuatur res suas egenis: et fiunt pauperes: non necessitate: sed voluntate sequentes deum: sperantes regnum celorum. Irrident isti quasi stultos talis inquit bona attulit christus: ut perdat homo res suas: et cum dat egenis remaneat egenus: Quid ergo facies: Bona christi non capis. Alius enim te impleuit qui aduersarius est christo:

cui dedisti locū in corde tuo. **P**riora tempora respicis: et quasi letiora tibi videntur fuisse tempora p̄stina: que sic erāt tanq̄ oliue p̄dentes in arboze ducentibus ventis quasi quadā libertate aure persruētes: vago quodam desiderio suo: **T**entum est: vt oliua mitteretur in torculari. **N**ō em̄ semp̄ p̄dere habebat in arboze: iam finis est anni: **N**ō sine causa iscribūtur psalmi quidā pro torcularib⁹: **I**n arboze libertas: in torcularibus pressura. **C**um em̄ res humane cōterūtur et premūtur: attēdis quia crescit auaricia: attende quia crescit et p̄nitentia. **Q**uare tam cecus es: vt amurcam fluētes per plateas videas: oleū in gemellaria nō videas: **E**t hoc sine causa. **Q**ui male enī versantur: publice noti sūt. **Q**ui autē se cōuertunt ad deū: et a sordibus malarū cupiditatum purgātur occulti sūt: quia et in ipso vel ex ipso sūt torculari: amurca apte fluit: oleū occulte eliquatur. **A**clamatis ad ista: et gaudet ad ista: quia iam potest sedē sup̄ flumina babilonis et flere. **I**lli autē qui captiuos duxerūt nos q̄ intrāt in corda hominū et interrogant nos p̄ linguas eorum quos possidēt: et dicunt nobis: **C**ātate nobis v̄ba cāticorū: **R**eddite nobis rationē aduētus christi: et que est alia vita: nolo credere: doce me rationē quare mihi imperas vt credā: **R**espōdeo illi et dico: **O** homo: quomodo nō vis tibi imperem vt credas? **P**len⁹ es malis cupiditatib⁹. **S**i bona dicam illa hierusalē: nō ea capis: oportet vt exinaniar̄ quo plenus es: vt possis impleri quo inanis es. **E**rgo noli facile huic aliquid dicere: lignū est salicis: lignū est sterile: **N**oli pcutere organū vt sonet: suspēde pot⁹. **S**ed ille dictur⁹ est: **B**ic mihi: canta mihi: redde mihi rationē: **N**ō vis iquit vt dicas: nō bono animo audis: nō sic pulsas: vt tibi dignū sit aperiri. **I**lle te impleuit qui me captiuū duxit: ipse me interrogat de te: **A**stutus est: dolose querit: nō querit qd̄ discat: sed qd̄ rephēdat. **E**rgo ego nō dicā: suspēdam organū meū. **S**ed qd̄ dicitur⁹ est adhuc: **C**ātate nobis verba cāticorū: cātate nobis hymnū: **C**antate nobis de canticis syon. **Q**uid respōdemus? **B**abylonia te portat: babylonia te cōtinet: babylonia te nutrit: babylonia de te loquit: **N**ō nosti capē: nisi qd̄ fulget ad tēpus: eterna meditari ignoras: nō capis qd̄ interrogas. **Q**uomō cātābim⁹ canticū domini: in terra aliena? **U**e

re fratres sic est. **I**ncipite velle p̄dicare veritatē quātulāctiq̄ nosti: et videte q̄ necesse sit: vt tales patiamini irrisores et exactores vitatis: plenos falsitatē. **R**espōdete illis exigētib⁹ a vobis que capere nō p̄nt: et dicite ex fiducia sancti canticū vestri: **Q**uomō cātābimus cāticū dñi in terra aliena? **S**ed vide quō verserūt inf̄ eos o popule dei: o corpus christi: o generosa peregrinatio: nō es hinc: aliū de es: ne cū illi qui tibi dicūt: **C**ātate nobis verba cāticorū: dicite nobis hymnū: cātate nobis de canticis syon: quasi amātur a te: et affectas amicitias eorū: et times talib⁹ displicere: incipiat te delectari babylonia: et obliuiscar̄ hierusalē. **H**oc q̄ timēs vide qd̄ subijciat: vide qd̄ sequatur. **P**assus est em̄ homo iste qui cātābat: et ipse homo nos sum⁹ si volumus: passus est vndiq̄ talia interrogātes et adulatiōne blādiētes: mordaciter rephēdētes: falso laudātes: qd̄ nō capiūt exigētes: quo et pleni sunt funderē nolētes: et inter turbas talitū tanq̄ piclitātes: erexit animū ad recordationē syon: et p̄strinxit se talis aia iuratione quadā et ait: **S**i oblit⁹ fuero tui hierusalē: **I**nter verba captiuū: inter verba dolosorū: inter verba male interrogantiū: querētū et discere nolētū: **E**cce inde erat ciuis ille qui dñm interrogauit: **M**agister bone: qd̄ faciā vt vitā eternā cōsequar: **R**ōne de vita eterna q̄rēs q̄ de canticis syon interrogauit: **S**erua mādāta ait illi dñs: **E**t ille d̄ fastu cū audisset r̄ndit: **I**a oīa hec inquit impleui a iuuetute mea. **E**t dñs dixit illi qd̄dā de canticis syon: et nouerat qd̄ nō capet: sed exēplū dedit nob̄ quō multi querūt: q̄si p̄silū ad vitā eternā: et tādū nos laudāt q̄ diu respōdeam⁹ qd̄ querūt. **B**edit de illo documentū tanq̄ nobis dicitur⁹ aliqui talib⁹ hoibus: quō cantābimus canticū dñi in terra aliena: **E**cce ait: **U**is esse p̄fect⁹: vade vende oīa que habes et da pauperib⁹: et habebis thesaurū in celo: et veni sequere me: vt discat mltā cātica de canticis syon p̄s impedimēta reſciat expedit⁹ ambulet: ne villo onere p̄graret: et discat aliqd̄ de canticis syon. **I**lle autē p̄stratus abcessit. **B**icam⁹ post illū: quō cātābimus cāticū dñi in terra aliena: **E**t ille quodē discessit: spem autē diuitibus dñs dedit. **N**ā p̄strati discipuli dixerūt: **Q**uis nāz p̄t salu⁹ fieri: **E**t respōdit eis. **N**ō hoibus impossibile est: facile est deo. **H**abēt em̄ et diuites quēdā modū suū: et acceperūt canti-

cū de syon: canticū de q̄ Ap̄tus dicit: **P**re  
cipe diuitib⁹ hui⁹ seculi nō supbe sapere:  
neq̄ sperare in incerto diuitiaz: sed in deo  
vivo qui p̄stat nobis omnia abundantē ad  
fruendū. **A**diungēs quid debeāt agere: iā  
tangit organa: nō suspēdit. **D**iuites sint in  
opibus bonis: facile tribuāt: cōmunicent:  
thesaurizent sibi frumētū bonū in futuruz:  
vt apphendāt verā vitā. **H**oc canticū de  
cāticis syon diuites acceperūt: primo non  
supbe sapere. **E**xtollit em̄ diuitie: ⁊ quos  
extollūt: flumina illa extollūt. **Q**uid ergo  
his p̄cipitur: **A**n̄te oīa nō supbe sape. **N**ō  
faciūt diuitie: hoc caueāt in diuitijs: caue  
ant in diuitijs supbiā. **I**tem em̄ malum est  
q̄d importāt maxime diuitie incautis hōi  
bus. **N**ō em̄ aurū malū est q̄d deus cōdi  
dit: sed malus ē homo auar⁹ relinquēs cre  
atorē ⁊ cōuersus ad creaturā. **H**oc ergo si  
bi p̄caueat ne sit supbus: ⁊ sup flumina ba  
bylonis sedeat. **H**oc ergo illi dictū ē: **N**ō  
supbe sapere. **E**rgo sedeat neq̄ speret i in  
certo diuitiarū. **E**rgo sup flumina babylo  
nis sedeat. **S**i em̄ sperauerit in incerto di  
uitiarū: trahitur a flumine babylonis. **S**i  
vero humiliauerit se ⁊ nō superbiert ⁊ nō  
sperauerit in incerto diuitiarū: sedet ⁊ sup  
fluuiū: suspirat eterne hierusalē recordat⁹  
syō: ⁊ vt pueniat ad syon erogāt. **E**cce ha  
bes canticū q̄d diuites acceperūt de canti  
cis syon: **O**perētur: tāgant organū: nō va  
cent: **C**ū inuenerint hominē dicentē sibi:  
quid est q̄d agis? **P**erdis res tuas tanta  
erogādo: thesauriza filijs tuis. **C**ū viderit  
nō capere: ⁊ intellexerint lignū esse salicē:  
nō facile dicant quare agāt: ⁊ quid agant:  
suspendāt organa in salicibus babylonie.  
**P**reter salices autē cātent: nō cessent: ope  
rentur. **N**ō em̄ perdūt q̄d erogant. **S**eruo  
cōmendant ⁊ tutum est: christo cōmendāt  
⁊ perit: **A**udistis canticum diuitum de cā  
ticis syon: audite ⁊ canticū pauperū. **I**dē  
**A**postolus loq̄tur. **N**ihil intulim⁹ in hūc  
mundum: sed nec auferre aliq̄d possum⁹:  
**V**ictum ⁊ tegumentū habentes his contē  
ti simus. **N**am qui volunt diuites fieri: in  
cidunt in temptationez: ⁊ desideria multa  
stulta ⁊ noxia: que mergunt hominē in in  
teritū ⁊ perditionez. **H**ec sunt flumina ba  
bylonis. **R**adix est enim omnī maloz  
auaricia: quam quidā appetentes naufra  
gauerunt a fide: ⁊ inferuerunt se dolorib⁹  
multis. **E**rgo contraria sunt ista canticā:  
**N**ō sunt cōtraria. **V**idete quid diuitibus

dictū sit: **N**ō supbe sapere: neq̄ sperare in  
incerto diuitiaruz: bona operari: tribuere:  
thesaurizare sibi sūdamētū bonū in futuruz.  
**P**aupibus autē quid dictū est: **Q**ui volūt  
diuites fieri: incidūt in temptationē. **N**on  
dixit q̄ diuites sūt: sed qui volūt diuites fi  
eri. **N**ā si iam diuites essent: alterū canticū  
audirent. **D**iues audit vt erogat: pauper  
autē audit ne desideret. **S**⁊ cū int̄ tales ver  
samini qui nō capiūt canticū syon: suspen  
dite: vt dixi: organa i salicib⁹ in medio ei⁹:  
differte q̄ dicturi estis. **I**ncipiūt esse ligna  
fructuosa: mutātur arbores: ⁊ habebūt fru  
ctū bonū: ibi iā lz nob cātare in aures audi  
entiū. **S**ed cū inter istos obstrepētes male  
interrogantes: veritati resistentes: versami  
ni: obstringite vos: nō eis velle placere ne  
obliuiscamini hierusalem: ⁊ dicat vna ani  
ma vestra facta vna ex multis pace christi:  
dicat ipsa captiua hierusalem hic agens in  
terra. **S**i oblitus fuero tui hierusalē: **O**  
bliuiscatur me dextera mea. **G**ebemē  
ter se p̄strinxit fratres mei: obliuiscatur me  
dextera mea: atrociter se obligauit. **D**exte  
ra nostra est vita eterna: sinistra nostra est  
vita tēporalis. **Q**uicquid facis p̄pter vitā  
eternā: dextera opatur. **S**i caritati vite eter  
ne in operibus tuis miscueris concupiscē  
tiā vite t̄poralis: aut laudis humane: aut ali  
cuius cōmodi secularis: cognouit sinistra  
tua q̄d faciat dextera tua. **E**t nosti esse in p̄  
cepto euāgelij: nesciat sinistra tua quid fa  
ciat dextera tua. **S**i oblitus ergo inquit fu  
ero tui hierusalem: obliuiscatur me dextera  
mea. **E**t vere sic contigit. **P**renūciauit nō  
optauit. **T**alibus qui obliuiscuntur hieru  
salem hoc cōtingit quod dixit: **O**bliuiscat  
illos dextera eozū. **V**ita em̄ eterna manet  
in se: illi remanēt in delectatione tēporali:  
⁊ faciunt sibi dexteruz quod sinistrum est.  
**I**ntendite ad ista fratres p̄pter dexterā in  
sinuem hoc vobis: quātum dominus ho  
nat ad salutez omnīū. **M**eministi fortasse  
hinc me aliq̄ tractasse d̄ quibusdā qui q̄d  
sinistrum est faciunt dextrū: id est qui tem  
poralia bona plus habent ⁊ in istis beati  
tudine ponūt: ignorantes que sit vera feli  
citas vera dextera: **H**os scriptura filios ali  
enos dicit: tanq̄ non ciues hierusalem: sed  
babylonie. **D**icit em̄ quodā loco psalm⁹:  
**B**omine libera me de manu filiozū alieno  
rum: quozum os locutū est vanitatem: de  
xtera eozuz dextera iniquitatis. **S**equitur  
em̄ ⁊ dicit. **Q**uozum filij sicut nouelle cō

Alia lra.  
t obliuiscōi def.

stabilite: filie eorum ornate: sicut similitudo templi: cellaria eorum plena eructantia ex hoc in hoc: oues eorum secunde: multiplicantes in exitibus suis: boues eorum crasce: non est ruina sepi: nec clamor in plateis eorum. Nunquid habere istam felicitatem: hoc est peccare: Non: sed facere illam dextram: cum sit sinistra. Propterea secutus quod ait: Beati dixerunt populum cui hec sunt. Ecce unde locutus est os eorum vanitatem: quia beati dixerunt populum cui hec sunt. Tu quidem quod docebis hierusalem: qui non obliuisceris hierusalem: ne obliuiscatur te dextera tua: ecce illi qui locuti sunt vanitate: beatum dixerunt populum cui hec sunt: **Bic** mihi tu canticum syon. **Beatus** inquit populus cuius est dominus deus ipsius. Interrogate corda vestra fratres: si desideratis bona dei: si desideratis ciuitatem illam hierusalem: si concupiscatis vitam eternam. **Omnia** ista terrena felicitas sinistra vobis sit: illa sit dextra quam semper habebitis: **Et** si habuerit sinistra: nolite de sinistra presumere. **Non** e corripis eum qui de sinistra voluerit manducare: **Si** mense tue iniuriam putas fieri manducate conuiuia de sinistra: quomodo non sit iniuria mense dei si quod dextrum est sinistrum feceris: et quod sinistrum est dextrum feceris: **Quid** ergo: **Si** oblitus fuero tui hierusalem: obliuiscatur me dextera mea. **Adhæreat** lingua mea faucibus meis: nisi tui meminero. **Id** est obmutescam inquit: nisi tui meminero. **Et** quod est loquitur: ut quod sonat qui canticum syon non sonat: **Ipsa** est lingua nostra canticum hierusalem: canticum delectationis seculi habet lingua alia: lingua barbara est quam in captiuitate didicimus. **Ergo** mutus erit deo quod oblitus fuerit hierusalem: et parum est meminisse: nam et hostes meminissent eius volentes eam euertere. **Que** est ciuitas ista: dicunt: quod sunt christiani: **Et** quales sunt christiani: **Si** non essent christiani: **Uicit** iam captiua turba captiuatores suos: et tamen murmurant et seuiunt: et volunt interficere apud se pegrinantem sanctam ciuitatem: sicut voluit ipsum populum interficere **Pharao**: quoniam masculos occidebat natos: et feminas relinquebat: virtutes profocabat: concupiscencias nutrebat. **Parum** ergo est meminisse: vide quod memineras. **Quedam** enim cum odio meminimus: quedam cum amore. **Cum** ergo dixisset: **Si** oblitus fuero tui hierusalem: obliuiscatur me dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis: nisi tui meminero: addidit statim. **Si** non pposue-

Alia lra.  
t si non.

ro hierusalem: in principio iocunditatis mee. **Ibi** est enim summa iocunditas vbi deo pfruimur: vbi de fraternitate coherente et ciuica societate securi sumus. **Nullus** ibi temptator nos violabit: nullus vel ad aliquam illecebram pcellere poterit: nihil ibi delectabit: nisi bonum. **Quare** ibi omnis necessitas: oriet ibi summa felicitas. **Si** non pposuero hierusalem in principio iocunditatis mee. **Et** conuertit se ad dominum contra hostes ipsius ciuitatis. **Memento** domine filiorum **Edom**: **Edom** ipse dictus est qui et **Esau**. **Audistis** enim modo cum **Aplos** legere: **Jacob** dilexi: **Esau** odio habui. **Quo** filij erant in vno utero: ambo gemini in utero **Rebecca**: filij **Isaac**: et nepotes **Abrae**. **Nati** sunt ambo: vnus ad hereditatem: alter ad exhereditationem. **Fuit** autem hostis fratris sui iste **Esau**: quia preuenit benedictionem eius filius minor: et impletus est. **Maiores** seruiet minori. **Maiores** ergo quis est: et minor quis est: et quis est maior qui seruiet minori: modo intelligimus. **Maiores** videbat populus iudeorum: minor ex tempore populus christianorum. **Et** videte quomodo maior seruiet minori. **Illi** portant codices nostros: nos viuimus de codicibus ipsorum. **Sed** ut generaliter de omnibus intelligat fratres maiorem et minorem: maior dicitur homo carnalis: et minor dicitur homo spiritualis: quia prius carnalis est: et postea spiritualis. **Habes** **Apostolum** aperte dicentem: **Primum** homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis: **Qualis** terrenus: tales et terreni: et qualis celestis: tales et celestes: **Sic** portauimus imaginem terreni: portemus et imaginem eius qui de celo est. **Ibi** autem supra dixerat: sed non prius quod spirituale est: sed quod animale postea spirituale. **Animale** autem eundem dicit quem carnale ostendit. **Homo** qui nascitur animalis esse incipit: carnalis esse incipit: **Si** se puertat a captiuitate **Babylonie**: in reditu hierusalem renouatur et fit renouatio quedam secundum nouum et interiorem hominem: et fit minor tempore maior potestate. **Ergo** **Esau** omnes carnales: **Jacob** autem omnes significat spirituales: minores electi: maiores illi reprobati: **Uult** et ipse eligi: **Fiat** minor. **Edom** autem appellatus est de cibo quodam lenticule rubro: id est roseo quodam cibo. **Bene** cocta erat lenticula defricata: concupiuit iste **Esau** a fratre suo **Jacob**: et cessit illi primatum suum: victus concupiscentia manducande

Alia lra.  
t lenticie.

Alia lra.  
t Demoz est

alius lenticule. Ille autem cessit cibum voluptatis: et superstitio honorem dignitatem. Ita ex placito quodam iter eos factum est: ut ille maior: ille minor sit: ut maior seruiret minori: et appellatus est edom. Interpretatur autem quantum dicunt qui illam linguam nouerunt: edom sanguis. Nam et punice edom sanguis dicitur. Noli mirari si ad sanguinem pertinent omnes carnales: caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Noli illuc pertinere edom: pertinet illuc iacob: qui caruit cibo carnali et superstitio honorem spirituali: ille uero factus est inimicus. Omnes carnales spiritualibus inimici sunt. Omnes tales concupiscentes presentia: insequuntur eos quos uident meditari eterna. Nota hoc iste respiciens in hierusalem: et rogans deum ut eruat a captiuitate: quid dicit. Memeto domine filiorum Edom: libera nos a carnalibus: ab eis qui imitantur illum Edom: qui fratres maiores sunt: sed hostes sunt. Præuis nati sunt: sed posterius nati uicerunt ad præmatum: quia concupiscentia carnis illos deiecit: concupiscentia illos erexit. Cuius et inuidet et persequuntur. Memeto domine filiorum Edom. **In die hierusalem.** **Beate hierusalem** quo laborauit: quo captiuita est: an die illius felicitatis hierusalem: quo liberatur: quo peruenit: quo eternitati sociatur. Memeto inquit domine: noli obliuisci filiorum Edom. Quorum. **Bicentium euacuate euacuate: usque dum fundamentum in ea.** **Beate** ergo diem memento: quando euertere volebant illi hierusalem. Quas enim persecuciones passa est ecclesia: quod dicebant filii Edom: id est carnales homines: subditi diabolo et angelis eius: colentes lapides et lingua: sequentes concupiscentiam carnis: Extinguite christianos: tollite christianos: nec unum remaneat: euertere usque ad fundamentum. Nonne dicta sunt hec: Et cum ista dicerentur: persequentes improbi sunt: martyres coronati sunt: Bicentium euacuate euacuate usque dum ad fundamentum in ea. Filii Edom dicunt: Euacuate euacuate: et deus dicit seruite: Cuius uerba possunt superare: nisi dei qui dixit: quia maior seruiet minori. Euacuate euacuate usque dum ad fundamentum in ea. Et conuertit se ad illam. **Filia babilonis infelix.** Infelix ipsa exultatione tua: ipsa presumptione tua: et inimicis tuis. Filia babilonis infelix. Ciuitas ipsa dicitur babilon: et filia babilonis: quod hierusalem et filia hierusalem: et quomodo syon et filia syon. Hoc more appellatur ecclesia: et filia ecclesie: propter successionem dicitur filia:

propter prelationem dicitur mater. Sicut prima quedam babilonia: nunc quid ipse populus in ea permansit. Per successionem babilonie facta est filia babilonis. **O filia babilonis infelix.** **Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam:** Infelix tu: beatus ille. **Quid enim tu fecisti: et quod retribuet tibi:** **Audi:** **Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam:** **Quam retribuisti nobis.** **Quam retributionem dicit:** **Ad hoc claudit psalmus.** **Beatus qui tenebit: et alidet infantes tuos ad petram.** Illa dicit infelicem: beatus autem qui retribuet ei retributionem quam retribuit nobis. Querimus quam retributionem: **Beatus inquit qui tenebit et alidet infantes tuos ad petram:** ipsa est retributio. **Quid. n. fecit nobis babilonia ista:** **Ita cantauimus in illo psalmo:** **Sermones iniquorum preualuerunt aduersus nos.** **Quia enim nati sumus paruulos nos inuenit ista perfusio seculi huius: et suffocauit nos errorum diuersorum uanis opinionibus adhuc infantes.** **Natus infans futurus ciuis hierusalem: et in predestinatione dei iam ciuis: sed interim captiuatus ad tempus: quia dicit amare: nisi quod insurrexerunt parietes:** **Instruit et docet illum auaricia: rapinas: mendacia quotidiana: diuersas culturas idololorum et demoniorum: remedia illicita precantationum et ligaturarum.** **Quid facturum est adhuc infans anima tenera attendens ad maiores quid agant: ut quod eos uident agere hoc sequatur:** **Babilonia quae persecuta est paruulos nos: sed deo dedit nobis agnitionem suam iam gradibus: ut non sequeremur errores parentum nostrorum.** **Quod et tunc commemorauimus predictum a propheta:** **Ad te gentes uenient ab extremo terre: et dicent: Vere mendacium coluerunt patres nostri: uanitate que illis non profuit.** **Ita iuuenes dicunt qui occisi erant paruuli sequendo ipsas uanitates: Projiciendo autem uanitates: et reuiuiscendo in deum proficiant: et retribuunt babilonie.** **Qualis retributionem ei retribuunt: Quam retribuunt nobis: Paruuli eius uicissim elidantur et moriantur.** **Qui sunt paruuli babilonie: Nascentes male cupiditates.** **Sunt enim qui cum ueteri cupiditate rixantur.** **Quando nascitur cupiditas: antequam robur faciat aduersum te mala consuetudo comparuula est.** **Cum paruula enim est cupiditas: nequaquam praeue consuetudinis robur accipiat: cum paruula est elide illam.** **Sed times ne elisa non moriatur: ad petram elide: Petra autem erat christus.** **Fratres organa in operando non cessent uobis: inimice**

Alia lra. dicitur ex parte eccliarum et resp ad.

Alia lra. misera.

Alia lra. paruulos.



cantate cātica syon. **Q**libēter audistis: tā libēter agite qđ audistis: si nō vultis esse salices babilonie: pasti de flumibus ei⁹ ⁊ fructū nullū afferētes. **S**z suspirate in eternā hierusalē: quo p̄cedit spes v̄ra: sequet̄ vita vestra. **I**bi erim⁹ cū christo: **C**hrist⁹ nobis mō caput est: gubernat nos mō desup: amplectet̄ secū i illa ciuitate cū eq̄les erim⁹ angelis dei. **N**ō auderemus hoc suspicari de nobis: nisi p̄mitteret veritas. **H**oc ḡ ꝑcupiscite s̄res: s̄ die noctuq; cogitate: **Q**uid de mūdo feliciter ariserit: nolite p̄sumere: nolite libent̄ colloq; cū voluptatibus v̄ris. **H**ostis maior est: occidat ad petrā: **B**reuis hostis ē elidat ad petrā: ⁊ maiores ad petrā occidite: ⁊ minores ad petrā elidite. **P**etra vincat: in petra edificamini si nō vultis tolli: aut a fluuio: aut a vētis: aut a pluuia. **S**i vultis armati esse ꝑtra tēptationes in sc̄lo: crescat ⁊ roboret̄ desiderius hierusalē eterne in cordib⁹ vestris. **T**rānsiet captiuitas: veniet felicitas. **B**ānabit̄ hostis extrem⁹ ⁊ cū rege sine morte triūphabit⁹.

**E**xPLICIT Tract. de ps. CXXXVI.

**I**NCIPIT Tract. de ps. CXXXVII.

**T**itulus psalmi huius breuis ⁊ simplex est: neq; nos tenet: sciētes cuius figurā portauerit **D**avid: ⁊ in eo etiā nos ipsos agnoscētes: qz ⁊ nos membra sumus illi⁹ corpis. **A**gnoscamus ḡ hic vocē ecclesie: simulq; gaudeam⁹ qđ in ea esse meruim⁹: cui⁹ vocē cantantis audiui-mus. **T**otus titulus est: **I**psi **D**avid. **E**uideamus ḡ quid ipsi **D**avid.

**E**xpositio psalmi.

**C**onfitebor tibi dñe in toto corde meo: **S**olet nobis psalmi titulus iudicare: quid agat̄ intus. **H**ic aut̄ qñ titulus nō hoc indicat: sed tñ cui cantet̄ indicat: quid agat̄ in toto psalmo primus versus indicat. **C**onfitebor tibi dñe in toto corde meo. **H**āc ḡ ꝑfessionem audiam⁹. **S**z ꝑus cōmemoro vobis ꝑfessionē in scripturis: cū ꝑstemur deo duobus modis dici solē: vel ꝑctōꝝ: vel laudis. **S**z ꝑfessionē ꝑctōꝝ oēs nouerūt: laudis autē ꝑfessionē pauci aduertunt. **N**ā ita nota ē ꝑfessio peccator: vt in quocūq; sc̄pturarū loco auditū fuerit: **C**onfitebor tibi dñe: aut ꝑfitebitur tibi: ꝑtinuo iā cōsuetudo sit intelligendi: man⁹ currāt ad pectus tunden-dū. **E**t qđ deo nō solent hoīes intelligere ꝑfessionē esse nisi ꝑctōꝝ: **S**ed nūqđ ⁊ ipse dñs noster **I**esus christ⁹ ꝑctōꝝ fuit qđ aut in

euāgelio: **C**onfitebor tibi pater dñe celi ⁊ terre: **S**ecutus em̄ ait quid ꝑfiteret: vt intelligerem⁹ cōfessionē laudis nō iniq̄tatis. **C**onfitebor tibi inquit pater dñe celi ⁊ terre: qz abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudentib⁹: ⁊ reuelasti ea puulis. **L**audauit patrē: laudauit deū: qz nō despicit humiles: sed despicit supbos. **E**t hic talē cōfessionē audituri sumus laudis dei ⁊ gratulationis. **C**onfitebor tibi dñe in toto corde meo. **T**otum cor meū in arā tue ꝑfessionis i pono: holocaustū laudis tibi offero. **H**olocaustū em̄ dicit sacrificiū: vbi totū incendit. **G**rece q̄ppe ολοϋ totum dicit. **E**t vide quēadmodū offerat holocaustū spūiale qđ dicit: **C**onfitebor tibi dñe in toto corde meo. **T**otū inq̄t cor meū flāma tui amoris accēdat: nihil in me reliquat̄ mihi: **N**ec qđ respiciā ad meip̄sū: sed tot⁹ in te estue: tot⁹ in te ardeā: tot⁹ diligam te: tāq; inflāmat⁹ abs te. **C**onfitebor tibi dñe in toto corde meo. **Q**uā audisti verba oris mei. **C**ui⁹ oris mei: nisi cordis mei: **I**bi em̄ habem⁹ vocē quā te us exaudit: quā ꝑsus auris hūana nō no-uit. **C**lamabāt certe qui **S**usannā accusabāt: ⁊ ad celū oculos nō leuabāt: **I**lla tacebat ⁊ corde clamabat: vñ illa meruit exaudiri: inde isti puniri. **E**t ḡ os int⁹: ibi rogamus: inde rogam⁹: ⁊ si hospitii vel domū deo ꝑparauim⁹: ibi loq̄mur: ibi exaudimur. **N**ō em̄ ē ille lōge ab vno quoq; n̄m posit⁹: in qđ viuim⁹: mouemur ⁊ sum⁹. **L**ongē te a deo nō facit: nisi iūqtas sola. **B**eñce mediū parietē pcti: ⁊ cū illo es quē rogas. **A**udisti inq̄t verba oris mei: ꝑfitebor tibi. **E**t corā angelis psallā tibi: **N**ō em̄ corā hoībus psallā: s̄ corā angelis psallā: psalteriū meū: gaudii meū. **S**z gaudii meū de inferiorib⁹ corā hoīb⁹ ē: gaudii de superiorib⁹ corā angel est. **N**ō em̄ nouit impi⁹ gaudii iusti: **N**on est gaudē ip̄s dicit dñs. **G**audet iniqu⁹ in ꝑopa: gaudet martyr in catena. **Q**uō gaudebat sc̄tā ista **C**rispina cui⁹ hodie solēntas celebrat̄: **G**audēbat cū tenebat̄: cui⁹ ad iudicē ducebatur: cū in carcerē mittebat̄: cū ligata ꝑducebatur: cū in catasta leuabat̄: cū audiebat̄: cū dānabat̄: **I**n his oib⁹ gaudebat: ⁊ eā miserā miserā putabāt qđ corā angel gaudebat. **A**dorabo ad templū sanctū tuum. **Q**uō templū sanctū tuū: **U**bi habitabim⁹: vbi adorabim⁹. **C**urrim⁹ em̄ vt adorem⁹: **G**rauidū cor n̄m ꝑturit: ⁊ vbi piat̄ q̄rit: **Q**uis est ille locus vbi adorādus est de⁹:

Alia fra. omnia.

Alia fra. In cōspe angeloꝝ.